

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXXIV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

bore collocat. Cum à venatione vacat, custodit ea, contraq; ascendentem defendit. *Tinnunculus* sive *Centris columbis* est amicissimus. Hinc rustici ejus pullos singulis fictilibus ollis condunt, stipatisque opercula super imponunt, & gypso lita, in angulis columbarii reponunt. Hoc illis loci amorem inculcat, accipitres ita terret, ut visum ejus vocemque fugiant. *Columell.*

## C A P U T   X X X I V.

## DE TURDO &amp; TORQUILLA.

**I**N magnis olim deliciis *Turdi* apud Romanos. Constat enim ternis denariis, id est, duodenis nummis vénisſe singulos turdos Romæ. Ex uno autem Ornithone quinque millia turdorum eodem pretio dividenta fuſſe, autor locupletissimus *Varro* attestatur. In villa, inquit, materteræ meæ in Sabinis, ad quartum & vigesimum lapidem à Roma, Ornithon est, ex quo uno quinque millia scio vénisſe turdorum denariis ternis ut H. S. sexaginta millia ea pars villæ reddiderit eo anno, bis tanto, quam tuus (*Axiūm alloquitur*) fundus ducentorum jugerum Reate reddit. Docilem esse Agrippinæ turdas ostendit. Hic enim omnium imitabatur sermones. Mirum id, si verum, peculiarem turdis surditatem adscribi. Apud *Scaligerum* egregium de eo cantillante extat carmen, quod adjicimus.

*Dulci Turdille docte guttur illo.*

*Asperas animi levare curas*

*Cantillans modulos minutiores*

*Condito mibi pettorū medullas*

*Cantiuncula, ut inquietiore*

*Oblitus veterum miser malorum*

*Mentis improbus acquiescat astus.*

*Da mihi blandula murmurilla mille,*

*Mille anfractibus implicata: quid sis?*

*Pote eludere vortices charybdis,*

*O Princeps avium beatiorum?*

*Quot grato Dominum excitant susurros.*

M. 5

Kew:

*Rex nostra volucelle vocis alma.*

*Dulci Turdule doce gutturallo.*

*Torquilla*, linx alias dicitur. Linguae illi aciculus tam acutus, ut humanam cutem haud aliter ac acicula penetrat. Ea infra arteria summum subit, & super cranium reflexa, prope nares inseritur. Est autem gemina, ubi ab occipitio reflecti incipiunt, & in sincipite rursus utræque partes convenient. Digitorum talis constitutio, ut ubique longior alter cum breviore altero conjugatur.

### CAPUT XXXV. DE VROGALLO.

*V*rogallus in altissimis montium versatur jugis, Germaniam & Septentrionalia loca præcipue amat. De ejus coitu portentosa scribit *Encelius lib. 3. de Lapid. c. 54.* Gallus quippe hujus specie spermata ex ore coitus tempore in vere excreat & evomit, & voce magna advocat gallinas ipsas, quæ sperma ejectum ore legunt, ac deglutiunt, ac tali modo concipiunt. Illas postea gallus comprimit, & quasi ratum facit semen comedulum. Super quas gallinas non ascendit, illæ ova hypenemia pariunt. *Olaus Magnus* scribit in septentrione Vrogallois minores sub nive duobus aut tribus membranis latitare. In Ponto vero ajunt per hyemem ayes quasdam reperiri, quæ neque excernant, neque cum pennæ eis avelluntur, sentiant, neque cum veru transfiguntur, sed tum demum cum ab igne incaluerint. Vix verum. *Grygallus major* adeo surda est avis, ut ne bombardæ sono abigi possit.

### CAPUT XXXVI. DE VESPERTILIONE.

*V*espertilionem *Plato* vocat avem non avem, *Vallæ semimurem*. Amat cavernas & meatus subterraneos.